

millibus annorū, & illud ideo, quoni-
am vniformis est principiorū substā-
tia naturæ, si subito fieret ab eis sup-
flui humidī resolutio, cum non diffe-
rat humidum a sicco, propter fortem
mixtionem quā habent, huius vtiq;
rei solueretur humidum cū sicco qua-
si totum in fumum euanesceret, nec
separari posset humidū a sicco in reso-
lutione, pp ter fortem vnionem quam
habent ad inuicem. Huius vtiq; vide-
mus manifestā experientiam in spī-
rituū sublimatione, quoniam cum in
eis per sublimationē fiat subita reso-
lutio, nō separāt humidū a sicco, nec
siccum ab humido, ita quod diuidā-
tur in partes totaliter mixtiones eorū
sed tota conscendit eorum substantia
aut parum eorum cōponentibus dis-

soluitur. Resolutio ergo huiusmodi
subtilis fumosi successiua et diuturna
& æqualis est causa inspissationis me-
tallorum. Hanc quoq; facere nō pos-
sumus inspissationem per hunc mo-
dum. Ergo in hac sequi naturam nō
valemus. Non enim possumus natu-
ram in omnibus proprietatum diffe-
rentijs actionis imitari. Nostra igit
intentio non est, in principijs naturā
sequi, nec in proportiōe miscibilium
elemētorum, nec in modo mixtionis
ad inuicem ipsorum, nec in equatiōe
caloris inspissantis. Cum hæc omnia
sint a nobis impossibilia & penitus ig-
nota. Restat ergo rationes sophistarū
interimere, hanc excellentissimā sciēs-
tiam ignorantium negantium.

B

